Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Bonosus: sub Aureliano.
Carus.
Eulasius: sub Caro.
C. Aynilinus: sub Diocletiano.
Magnetius: sub Constantio.
Nivita.
Majorianus: sub Gratiano.
M. Aurelius: sub Honorio.
Constantius.
Zemedius: sub Anastasio.
Servatius.

Hunc catalogum attexere placuit, non ut probem, sed ut, quam parum probem illum, ostendam. Sunt aliqui certi omissi, de quibus infra: sunt alii fictitii antiquis dubii inserti absque idonea auctoritate.

4) Tiberium aliquamdiu ante Augusti obitum consortem fuisse Imperii, ex Paterculo l. 2, haud obscure colligitur. Idque ex Evangelio ~~Luc. III omnino certum fit.~~ Vide supra Add. 60 ad C. I.

5) Matt. XXVII. Marc. XV. Luc. XXIII, 44. Joan XIX. August. Civit. D. l. 18, c. 54. Tertullianus adv. Jud. c. 8. Lactantius Instit. div. l. 4, c. 10. Sulpitius Hist. l. 2.

6) Eutropius Hist. Rom. l. 7. ~~Eius~~ Caperum in combinandis Christi atque Imperatorum annis, adverte, anni quo quis imperare cœpit, residuum pro primo integro censeri. Sic Tiberius a ~~nativitate~~ ultimum Augusti, hic primum habuit Sexto Pompejo et Sext. Apuleio Coss. Cumque ~~ipse~~ computato, Consulibus Geminis fuerit annus Imperii Augustei Tiberii XVI, Christi vero XXXIV, sequitur ~~ac Tiberium obiisse~~ annum Tiberii XXIII fuisse Christi XLII, Consulibus Galliano et Plautiano. Nam Pinitius et Longinus tanquam suffecti, computari non ~~debent.~~ Porro hic idem annus ~~ad~~ Caligulæ primus fuit: qui cum teste Eutropio quatuor annis tribus annis integris ac mensibus decem imperavit: ultimus Caligula fuit Christi XLVII.

| Christi ~~19 vigesimum~~ XIX, anno hoc

7) Vid. Baronius Ann. ad an. 44 § 25 et sqq.

8) Petrum et Paulum una die eodem anno passos fuisse, præter antiquissimos Patres Epiphanium hær. 27, et Hieronymum de Script. Eccl. etiam Eusebius in Chron. et Cassiodorus Chron. | De Persecutione Christianorum a Nerone excitata Tacitus Annal. l. 15, c. 40 et sqq. et c. 44. Ergo abolendo rumori, quo Nero ipse tanquam incensor urbis auctor incusabatur, Nero subdidit reos, et quæsitissimis pœnis affecit, qui per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperante, per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus

| Substantius.